Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



136

aplos facta ē una. Unde & sequitur: Ipsi enim scimus. quem admodum oporteat
uos imitari nos. Ac si diceret. Quia tam frequenter & uerbis uobis prediximus.
& exemplis ostendimus. ideo notum est uobis. quomodo oporteat uos imitari
nos. Libenter tantum facere quod hortamur: si a nobis traditam fidei unitas tene
re regulam. Dix quidam senex. Scriptum est. uiro ut palma florebit. Significat autem hic sermo bonum actum. altum. & rectum. & dulce. Est enim in pal
ma unum mcarduum. & ipsum mcardum omnem operationem habens in se.
Similiter autem & uuuro uisto reperitur: unum ei & simplex mee cor: addentum
tantummodo respiciens. Est autem & album. habens illuminationem fidei.
Et omnis opatio uisti. in corde ipsi est: Nam & acumen stimulorum ei aduersus
diabolum ē ppugnaculum. Ut uigilantes sint monachi. Lxxv.

PAULUS APOSTOLUS NOS ADMONET DICENS.
Non dormiamus sicut ceteri. s; uigilemus. id est non dormiamus
sicut ceteri infideles. unusti. iniqui. qui ignorantie & corporis som
no depressi & peccatorum suorum mole grauati quid illis in futuro eueniat
prouidere non ualent. qui tam grauiter corpori; dormiunt. ut adsui cus
todiam cordis oculos non aperiant. qui nichil de futura gloria s; semper
de presenti cogitant una. non de his que ñ uidentur & ęna sunt. s; semp
de his cogitant que uidentur & caduca. & temporalia sunt. Nos autem non sic
illi dormiamus. s; uigilemus. Hinc nos & marcus euangelista salubriter am
moneo dicens. Vigilate ergo quia nescitis quando dominus ueniat. ne cum
uenerit. inueniat uos dormientes. Beati serui illi. quos cum uenerit dns. i
uenerit uigilantes. Vigilat enim qui ad aspectum ueri luminis. oculos aper
tos tenet. Vigilat. qui seruat opando quod credit. Vigilat qui a se corporis
& negligentie tenebras repellit. Hinc & alibi idem apls ait. Siue uigilemus
siue dormiamus. simul cum illo uiuamus. id est siue uigilemus ad custodiam
nre salutis siue dormiamus a noctis huius seculi curis simul cum illo uiuam.
id est semper cū xpo & in xpo simus. qui pro nobis mortuus est & resurrexit.
De hac salubri uigilatione: & dormitione in cantico canticorum salomon ait.
Ego dormio. & cor meum uigilat. Ac si diceret. Quanto magis aeterni uelut
dormiens quiesco curis. tanto magis liberi cor meum ad sui contemplationem
uigilat creatoris. Illa enim anima in ęternum cum domino semper uiuit. que
hic illi per dilectionem adherens. a tergo eius numquam recedit. Unde et
dominus ait. Si quis michi ministrat. me sequatur & ubi ego sum. illic & mi
nister meus erit. id est mecum in perpetuo uiuens. semper gloriosus. & immor
talis regnabit. Dixit abba euagrius. Si deficis animo. ora sicut scriptum est: Ora